

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Quid dicat persona de formali. disput. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

xarum ab Angelica, humana, & diuina. Ex quibus colliges, sola hæc trium naturarum supposita rationem personæ sibi vindicare. Inferes etiam, tria hæc, individuum, suppositum, ac personam, habere se tamquam superioris & inferioris: quippe cum persona omnis sit suppositum, non tamen omne suppositum sit persona: eodemque modo suppositum omne sit individuum, non tamen omne individuum sit suppositum: individua namque, non solum accidentium, sed etiam exteriora, qua ex eo capite à ratione personæ reenuntur, quod communicata sunt, communicari possunt aliis, supposita non sunt. Hæc quod attinet ad primum corum, qua propo-

sita sunt.

A sanctus, & ceteræ res, quæ personæ, aut supposita dicuntur, addant supra naturas, quarum sunt supposita: ea enim disputatio ad traditionem de incarnatione spectat: sed quod in questionem vocamus, illud est, quid vocabulum, persona, illis omnibus commune, de formaliter, immediate significet, atque adeò quidnam sit id, quod Boëtius & Richardus suis definitionibus definierint.

Diuus Thomas articulo huius questi, item articulo questionis sequentis, ac plerique alii in t. d. 2. 3. & 25. vbi Doctores de hac re differunt, arbitrantur, personam formaliter ac immediate dicere quid reale. Eorum sententia in hunc modum explicatur. Putant vocabulum, persona, ut dicitur de humana, angelica, & diuina, significare in recto gradum illum, à quo unaquæque persona, verbi gratia, Petrus, Michael, Pater, aut Filius habet ut sit, quid subsistens incommunicabile, ac proinde quid distinctum à quocumque alio in natura communi, cuius est personæ obliquo verò naturam rationalem, cuius est persona. Quare, inquit, cum personæ diuinæ à relatione habeant ut sint, quid subsistens incommunicabile, & ut distinguantur ab inuisum: ut, ut quemadmodum persona in communione formaliter dicit in recto gradu, à quo unaquæque habet, ut subsistat incommunicabiliter, & ut distinguatur à quacumque alia: in obliquo verò naturam rationalem in communione: ita persona diuina de formaliter dicat in recto relationem, à qua unaquæque persona habet, ut subsistat incommunicabiliter, & ut distinguatur à quacumque alia persona diuina: in obliquo verò essentiam diuinam, cuius est persona. Articulo quarto huius questionis tradit etiam D. Thomas sensum, in quo affirmat concedi posse personam diuinam dicere in recto essentiam diuinam, & in obliquo relationem: sed quod explicata est, censetur opinio Dni Thomæ, ut contineat vtrumque articulum citatum erit manifestum, id que cenfet Caetanus.

Addit D. Thomas, personam diuinam significare in recto relationem, non per modum relationis sed per modum substantie. Hoc autem, salvo meliori iudicio, iuxta hanc sententiam ita intelligi. Quemadmodum paternitas creata, & habet, ut sit quoddam relatio, qua duo ex natura rei idem prorsus sunt: potest tamen confusè concipi, ut hoc accidens, non attendendo an relatio sit necne, & rursus, ut hæc singularis relatio: ita paternitas diuina, cum & substantia sit, & relatio, quæ duo ex natura rei idem prorsus sunt, concipi potest confusè, ut hæc numero substantia, non attendendo utrum relatio sit necne, & rursus, ut hæc numero relatio. Inter hos autem diuersos conceptus est virilique hoc discrimen: quod primo conceptu concipiatur, & significatur paternitas, non per modum relationis, sed per modum absolutissimamente vero concipiatur & significatur per modum relationis. Atque hinc est, quod quemadmodum ostendo patrem creato, sumptuose formaliter, non dicimus, hoc accidens in concreto est huius accidentis, putat filij, hoc accidens: dicimus tamen, hic pater est huius filij hic pater: ita ostendo Patrem æternum, non dicimus, hec hypothesis, aut substantia incommunicabilis, putat Filius, hypothesis, & substantia incommunicabilis: sed dicimus, hic Pater est huius Filius Pater, idque propter solum modum significandi terminorum. Quia ergo hoc nomen, persona diuina, significat in recto relationem diuinam, non per modum relationis, sed per modum substantie modo explicato

*Conclusio.  
Personam in  
diuinis effe  
coendam.*

Quod attinet ad secundum, sit hæc conclusio. Concedenda est persona in diuinis in hæc acceptio-ne, de qua Theologi loquuntur. Hæc est de fide, ut constat ex illo symbolo Athanasij secundum versio-nem Latinam, que canitur in Ecclesia. *Alia est per-  
sona Patris, alia Filiij, alia Spiritus sancti.* In confessione fidei, quam scribit Damasus ad Paulinum, si quis, inquit, tres personæ non dixerit veras, Patris, & Filiij, & Spiritus sancti, aquales, & anathema sit. In Concilio Hispalensi I. Lcano. 13. Confitemur Domi-num nostrum Iesum Christum eternaliiter ex Patre Deum natum, temporaliter ex utero gloriose virginis Mariæ hominem editum, & ob hoc in una persona duas naturas habentem, &c. In Concilio Toletano II. in confessione fidei. *Cum relative tres persone dicantur.* In Lateranensi cap. Firmiter, & cap. Damasus, de summa Trinitate, & fide Catholica, *Pater, Filius, &  
Spiritus sanctus tres quidem persona, & una essentia:* quod idem frequenter in pluribus, alios Concilios inculcat. Idem docent Augustinus 5. de Trinit. cap. 8. & 9. & 7. de Trinit. cap. 4. & 5. Hieronymus in epistola ad Damasum qui incipit: *Quoniam vetu-  
sto, & habetur in 2. tono.* Et super epistolam ad Galatas, cap. 4. Richardus 4. de Trinitate. Anselmus Monologion, cap. 76. & de incarnatione Verbi, c. 8. Denique Sancti communiter utuntur nomine personæ ad significandam personas diuinas.

Valla garrit vel potius su perbe infa-nit.

Post hæc omnia Laurentius Valla 6. lib. Elegan-tiarum, cap. 34, adeò insinuat, ut, reprehendens Boetium, quod personam in significatione explicata definitur, superbi insipienterque dixerit: *Huic homini Romani ostendam Romane loqui nescire. Per-  
sona namque non est in Deo magis quam in bruto.* Sa-tius vero illi suister intra tuos se limites continere, nec arroganter in Theologian faciem mittere. In thesau-ro lingua Latina, verbo persona, testimonia multa, ex Cicerone inuenies, quibus autor illius operis ostendit personam apud Ciceronem sepe pro homine, in ea significatione, qua à Boetio est definita, Hispanoque sermone persona dicitur, usurpari. Sane quod Hispano sermone persona in ea significatione dicitur, non aliunde, quam ex latinitate originem traxit. Quare licet apud Cicero-nem, alioquin Latinos eius temporestatis non reperi-  
retur in ea significatione, dubitandum tamen non est, saltem post illa tempora, quando Latina lingua suam amissit puritatem, vocabulum in ea signifi-catione à Latinis, usisse usurpatum. Sancti vero, & Concilia uebantur verbis in ea significatione, que iporum temporibus erant in usu.

### DISPUTATIO II.

*Quid dicat persona de formaliter?*

*H*oc loco non disputamus, quid Petrus, Pau-lus, Gabriel, Michael, Pater, Filius, & Spiritus

sanctus, & ceteræ res, quæ personæ, aut supposita

dicuntur, addant supra naturas, quarum sunt sup-

posita: ea enim disputatio ad traditionem de in-

carnatione spectat: sed quod in questionem voca-

mus, illud est, quid vocabulum, persona, illis omni-

bus commune, de formaliter, immediate significet,

atque adeò quidnam sit id, quod Boëtius & Ri-

chardus suis definitionibus definierint.

Diuus Thomas articulo huius questi, item ar-

*D. Thomas  
aliorum in-  
tentia.*

ticulo questionis sequentis, ac plerique alii in t. d.

2. 3. & 25. vbi Doctores de hac re differunt, arbit-

rantur, personam formaliter ac immediate dicere

quid reale. Eorum sententia in hunc modum ex-

plicatur. Putant vocabulum, persona, ut dicitur de

humana, angelica, & diuina, significare in recto gra-

dum illum, à quo unaquæque persona, verbi grati-

a, Petrus, Michael, Pater, aut Filius habet ut sit,

quid subsistens incommunicabile, ac proinde quid

distinctum à quocumque alio in natura communi,

cuius est personæ obliquo verò naturam ratio-

nalem, cuius est persona. Quare, inquit, cum per-

sonæ diuinæ à relatione habeant ut sint, quid sub-

sistens incommunicabile, & ut distinguantur ab in-

uicem: ut, ut quemadmodum persona in communione

de formaliter dicit in recto gradu, à quo unaquæque

personæ habet, ut subsistat incommunicabiliter, &

ut distinguantur à quacumque alia persona diuina:

in obliquo verò essentiam diuinam, cuius est per-

sona. Articulo quarto huius questionis tradit etiam

D. Thomas sensum, in quo affirmat concedi posse

personam diuinam dicere in recto essentiam diuinam,

& in obliquo relationem: sed quod explicata est,

censetur opinio Dni Thomæ, ut contineat

vtrumque articulum citatum erit manifestum, id

que cenfet Caetanus.

Addit D. Thomas, personam diuinam significa-

re in recto relationem, non per modum relationis

sed per modum substantie. Hoc autem, salvo me-

liori iudicio, iuxta hanc sententiam ita intelligi.

Quemadmodum paternitas creata, & habet, ut sit

quoddam relatio, qua duo ex natura rei idem prorsus sunt:

potest tamen confusè concipi, ut hoc accidens, non

attendendo an relatio sit necne, & rursus, ut hæc

singularis relatio: ita paternitas diuina, cum & substan-

tia sit, & relatio, quæ duo ex natura rei idem prorsus sunt,

concipi potest confusè, ut hæc numero substantia,

non attendendo utrum relatio sit necne, & rursus, ut hæc

numero relatio. Inter hos autem diuersos conceptus

est virilique hoc discrimen: quod primo

conceptu concipiatur, & significatur paternitas, non

per modum relationis, sed per modum absolutissi-

mamente vero concipiatur & significatur per modum

relationis. Atque hinc est, quod quemadmodum

ostendo patrem creato, sumptuose formaliter,

non dicimus, hoc accidens in concreto est huius acci-

ditis, putat filij, hoc accidens: dicimus tamen, hic pater

est huius filij hic pater: ita ostendo Patrem æternum,

non dicimus, hec hypothesis, aut substantia incommuni-

cabilis, putat Filius, hypothesis, & substantia incommuni-

cabilis: sed dicimus, hic Pater est huius Filius Pater,

idque propter solum modum significandi terminorum.

Quia ergo hoc nomen, persona diuina, si-

gnificat in recto relationem diuinam, non per mo-

dum relationis, sed per modum substantie modo

explicato

explicato (ad rationem namque persona impertinens est id, quod persona dicitur, sitne relatum an non, dummodo tamen substantia sit incommunicabilis naturæ aliquius rationalis) inde, inquit autores opinionis, quam explicamus, est, quod persona diuina, ut significatur hoc nomine, persona, non dicatur relatiuè ad aliam personam: neque enim ofteno Pater aeterno recte dixerit, *hec persona est, hucus alterius persona, putu Filii, persona.* Atque in hoc sensu intelligunt Augustinum 7. de Trinitate, cap. 6. dixisse: *Cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus, quoniam substantiam, id est, hypostasim Patris: ad se quippe dicitur persona, non ad Filium.* Quod si ab autoribus huius opinionis postules, quanam communitatem persona diuina tribus personis sit communis? Respondent, non esse communem communitatem reali, quasi detur una persona numero, quæ sit in tribus personis diuinis, eo modo quo una numero essentia est in illis: sed esse communem communitatem rationis. Addit vero D. Thomas artic. 4. questionis sequens, non esse communem eo modo, quo species communis est individuus, sed esse communem eo modo, quo individuum vagum aliquius speciei commune est individuus eiusdem speciei, vt quidam homo singulis hominibus, nempe, Petro, Paulo, &c. Quia enim illud individuum vagum significat naturam humanam cum modo effendi determinato, qui singulis hominibus competit, videlicet esse quid subsistens distinctum a reliquo, prædicatur de singulis hominibus. Addit idem sanctus Doctor, hoc esse discrimen inter vocabulum, *persona,* & *individuum vagum cuiusque speciei,* quod individuum vagum significat naturam, cuius est individuum, in recto, cum modo illo existendi, qui competit singulis individuis sub eadem natura contentis: vocabulum vero, *persona,* non significat naturam in recto, sed in recto quidem modum illum existendi, in obliquo vero naturam: significat namque subsistens in natura distinctum a reliquo.

Sententia haec multo obscurius, quam à nobis sit explicata, à suis patronis proponitur. Ac quamvis, qui eam verati iudicaverit, possit illam defendere, nobis tamen alia opinandi ratio haec in re videtur longe probabilius. Non enim arbitror personam de formaliter significare aliquid reale, sed in concreto quipiam rationis, supponeremque pro rebus, quae dicuntur personæ: quare haec propositiones, *Pater est persona, Filius est persona,* non milie videntur essentes, sed accidentarie sicut & haec, *Socrates est individuum, Michael est individuum.* Probari autem potest nostra sententia primò, quoniam persona à Boëtio definitur per *individuum*, à Richardo vero per *incommunicabile*: haec autem de formaliter, non reale aliquid, sed rationis significat.

Secundò, quoniam vel persona significat primò & formaliter id reale, cui conuenit, ut sit persona, nempe Petrum & Ioannem, vel significat aliquid alio formaliter, ac in concreto, & supponit pro re, quæ dicitur persona. Si detur primum, cum ad reale, cui conuenit, ut sit persona, constitutur intrinsecè & essentialiter ex natura rationali, cuius est persona, vt Pater aeternus ex essentia diuina, & Socrates ex natura humana, falsum esset, quod ab autoribus huius opinionis dicitur, personam videlicet non distingue in recto naturam rationalem, cuius est persona, quippe cum manifestè sit, tam in Socrate, quam in Patre aeterno, illam in recto includi. Præterea, ex dato, haec propositione esset falsa, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres persona;* cum tamen sit fidei contrarium. Consecutio probatur, quia cum perso-

**A**na sit nomen substantiū, sane si de formaliter in personis diuinis diceret essentiam diuinam, cum, vt nomen substantiū pluraliter dicatur, necessaria sit pluralitas significati formalis, haec esset falsa, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres persona diuina:* quippe cum essentia diuina in eis inclusa non multiplicetur. Si vero detur secundum (vt dare videntur autores opinionis, quam impugnamus) cum id reale, quod vnaquaque persona addit supra naturam, sit quid incommunicabile, ac alterius, & alterius rationis in alia ac alia persona, tam creata, quam increata, certè commodiū dicetur vocabulum *persona* (quod de singulis personis dicitur) significare de formaliter modum rationis, qui hos distinctos gradus in singulis personis consequitur, supponere vero pro rebus realibus, quae dicuntur persona, quam significare gradus ipsos: neque enim singi potest quid aliud vocabulum *persona* significare, quam vel hos gradus indistinctè, vel modum rationis communem personis, qui eos consequitur.

Confirmatur haec ratio, quoniam si persona de formaliter significaret id reale, quod vnaquaque persona addit supra naturam, sane persona Patris relatiuè diceretur ad Filium, non solum quatenus Pater, sed etiam quatenus haec persona: quodquidem significatum formale huius personæ, vt haec, non est aliud, quam relatio realis ad Filium: significari vero distinctè sub ratione huius paternitatis in concreto, non tolleret rationem huius personæ, qua haec numero persona est, si formale huius personæ, quatenus haec persona est, non est aliud quam paternitas ipsa in concreto, quam paternitas ac relatio est: Sancti autem non concedunt personam Patris, secundum esse huius personæ, relatiuè dici ad Filium, quasi in re sit Filii persona, neque usus loquendi, aut veritas id permittit.

Confirmari etiam potest, quoniam cum singuli gradus reales, quibus singula persona tam creata, quam increata constitutur, ultimò in esse Socratis, Michaelis, Patris, &c. sine simplicissimi, & priuè diuersi, ac proinde nullam inter se habeat convenientiam essentiæ, difficile adnodum intelligi potest, quoniam ratione formari posuit conceptus, vel vniuersus, vel analogus, quo illi soli in communione, & in concreto cœcipiantur, ita ut conceptus ille communis non sit ceteris gradibus, non solum simplicibus substantialibus, quales sunt differentiae omnes specificæ substantiales, sed etiam simplicibus accidentiis, quales sunt principia individualizationis, ac coram differentiæ specificæ.

Tertiò, persona afficitur signo particulari, quenam admodum & quodvis aliud vnauerale: dicimus namque quoniam persona generat: ergo persona non est quipiam communis multis instar individui vagi. Pater consequenter, quia individuum vagum non afficitur iterum signo particulari: necepsè quippe dixeris, quidam aliquis homo. Neque satisfacit responsio: Capreoli in 1. dist. 25. nempe id, quod est communis in istis inividuis vagi, quoniam significat in recto modum cuiusque individui, & non naturam, posse affici signo particulari, non vero individuum vagum, quod significat naturam & modum. Non, inquam, satisfacit haec responsio: quia individuum vagum ex eo non potest iterum affici signo particulari, quia significat modum existendi particulariter, qui modus existere nequit particulariter per alium modum: si ergo persona significat eundem modum de formaliter & in recto, non poterit existere particulariter per aliud modum, ac proinde neque affici signo alio particuliari. His accedit, individuum vagum, vt quidam homo,

Durandi  
opinio.

Torres.

Impugnatur.

Scoti & au-  
toris senten-  
tia.  
Nomen per-  
sona quid dicitur de formaliter significare in concreto incom-  
municabile natura rationalis: supponere verò pro  
rebus realibus, quibus conuenit huiusmodi incom-  
municabilitas. Porro incomunicabilitas negatio  
quædam est, aut si mavis (arque hoc censeo proba-  
bilis) dic, sicut vnum de formaliter dicit individu-  
num in ente, eaque de causa includit ens, & addit  
individuenum, & ob id vnum numero est ens indi-  
viduum in se, & diuisum à quocumque alio: ita sup-  
positum dicens individuum seu incomunicabil-  
em substantiam, & properterea includere substantiam  
in suo significato formaliter, & addere incommu-  
nicabilitatem, per quam contrahitur ad esse supposi-  
tum. Personam verò addere supra suppositum,  
quod sit natura rationalis. Opinio haec probatur  
primo ex definitionibus Boëtij & Richardi: affir-  
mant enim personam esse substantiam individuum,  
id est, incomunicabilem. Secundo probatur, quo-  
niam ea data, cessant expositae huius rei, difficulta-  
tes, arque omnia rectè constant.

## ARTICVLVS III.

*Virum sicut in diuinis concedimus esse tres  
personas; ita concedendum sit esse  
tres substantias.*

homo, esse complexum quoddam, ac vnum per ac-  
cidens: idem, quippe est diceré, quidam homo, ac di-  
cere, vnum homo, & dicere quidam homines, ac multi  
homines: quare dictio, quidam, non significat id rea-  
le, quo individua naturæ, cui applicatur, constituun-  
tur ultimè, ac distinguuntur ab invicem.

Hac ergo opinione relicta, Durandus in 1. dist.  
23, quæst. 1. in eam inclinat sententiam vt dicat,  
vocabulum, persona, de formaliter significare in con-  
creto quamdam intentionem secundam, supponere  
verò pro individuis constitutis ex natura rationali,  
cuicunque sunt individua, & ex proprietatis personali-  
bus. Eamdem sententiam affirmant Torres hoc  
loco, & quidam alij.

Sententia hæc, licet magis ad veritatem accedat,  
non videtur tamquam omnino rei propositione scopum  
attingeret: quod ostenditur. Primo, quoniam cum  
intentionem tamquam à ratione fundandâ ab opere in-  
tellectus pendeat, concedendum esset, seclusa intel-  
lectus operatione, non esse in Deo tres personas,  
nisi fundamentaliter, ac in potentia solum quoad  
significatum formale vocabuli persona. Secundo,  
quoniam omnis intention secunda est relatio: quare  
si persona in concreto significat intentionem se-  
condam, habebit correlatum quod ei respondeat,  
quod tamquam non faciliter ostendetur, quod illud sit.  
Si quis forte dicat, correlatum esse naturam rationalem, communem communitate reali, vel rationis, is debet animaduertere, esto per impossibile  
in natura diuina non esset communitas realis, sed  
Deus esset, quem illum crediderunt Philosophi,  
nihilominus futuram in Deo vnam personam dum-  
taxat, vi Iudei, & Gentiles Philosophi arbitrantur:  
quare ad rationem personæ necessarium non est, vt  
natura, cuius est persona, sit communis. Addo, natu-  
ram rationalem, quæ natura rationalis est, non esse  
relatum: quæ communis verò quid est, referri qui-  
dem ad particulare, subiectibile, quæ tale est: per-  
sona autem, quæ persona, non subiectibile quid, sed in-  
communicabile, subsistens in natura rationali vi-  
detur significare.

Est ergo tercia opinio Scotti in 1. dist. 23, & 25.  
quam amplectendam censeo, assertis, vocabulum,  
de formaliter significare in concreto incom-  
municabile natura rationalis: supponere verò pro  
rebus realibus, quibus conuenit huiusmodi incom-  
municabilitas. Porro incomunicabilitas negatio  
quædam est, aut si mavis (arque hoc censeo proba-  
bilis) dic, sicut vnum de formaliter dicit individu-  
num in ente, eaque de causa includit ens, & addit  
individuenum, & ob id vnum numero est ens indi-  
viduum in se, & diuisum à quocumque alio: ita sup-  
positum dicens individuum seu incomunicabil-  
em substantiam, & properterea includere substantiam  
in suo significato formaliter, & addere incommu-  
nicabilitatem, per quam contrahitur ad esse supposi-  
tum. Personam verò addere supra suppositum,  
quod sit natura rationalis. Opinio haec probatur  
primo ex definitionibus Boëtij & Richardi: affir-  
mant enim personam esse substantiam individuum,  
id est, incomunicabilem. Secundo probatur, quo-  
niam ea data, cessant expositae huius rei, difficulta-  
tes, arque omnia rectè constant.

## Artic. ij. Disput. j.

D I S P U T A T I O n. I. capitulo  
A R S quæ negat suaderi potest pri-  
mo, quoniam Hieronymus in epist. ad Damasum citata renuit cōcedere tres  
personas diuinæ esse tres substantias.

Ait enim: Sufficiat nobis dicere vnam substantiam: & tres  
personas perfectas & aequales. Inī sacrificium existi-  
mat assercere, tres personas diuinæ esse tres substantias.  
Augustinus etiam 5. de Trinitate, cap. 9. Quia no-  
stra, inquit, consuetudo iam obtinuit, ut idem intelliga-  
mus cum dicimus substantiam, & cum dicimus essen-  
tiam, non audemus dicere vnam essentiam, & tres sub-  
stantias, sed vnam substantiam, vel essentiam & tres per-  
sonas: quod idem 7. de Trinitate, cap. 4. ad finem  
probat. Id ipsum affirmat Richardus 4. de Trinita-  
te, cap. 6.7. & 8.

Secundo, quoniam Concilia affirman, Deum  
esse tres personas, & vnam substantiam, vt Tolera-  
num 6. cap. 1. de tribus personis dicit, substantia alter  
vnum sunt, subiungitque, in hac Trinitate tanta est  
vnam substantia, vt pluralitate careat. Concilii Tol-  
eranum 1. in confessione fidei: Nec, inquit, sicut  
tres personas, ita tres substantias prædicamus, sed vnam  
substantiam, tres autem personas. Lateranensi item cap.  
Firmiter, & cap. Damnamus, de summa Trinitate,  
& fide Catholica, tres personæ, sed vna essentia, sub-  
stantia, seu natura. Demum in Concilio Niceno  
definitum fuit, filii esse iūcūs patris, quod Latina  
Ecclesia vertit, consubstantiale Patri, vt habeat  
in symbolo Missæ: ergo tres personæ diuinæ non  
sunt tres substantias, sed vna tantum.

Pars verò, quæ affirmat, suaderi potest efficaci-  
mū rationibus. Primo, quoniam tres personæ diu-  
na sunt tres res inter se re ipsa distinctæ: cum ergo  
non sint accidentia, fit, vt sine tres substantias. Et  
enim ens reale sufficienter dividitur in substantiam  
& accidentem: neque datur res, que medium quid sit  
inter substantiam & accidentem. Secundo, persona à  
Boëtio definitur; Individua substantia rationalis na-  
tive: ergo tres personæ diuinæ sunt tres individua  
substantias, atque adeo tres substantias. Confirmatur,  
quia vt statim videbimus, concedi debent in  
Deo tres hypostasis: cum ergo vnbis est idem sonet  
Gracie, quod Latine substantia, fit, vt cōcedendum  
etiam si tres personas diuinæ esse tres substantias.  
Tertio, Augustinus 7. de Trinitate, cap. 6. prope finem.

Ait si iam, inquit, placet, propera disputandi necessi-  
tatem, cum queritur quid tria dicere tres substantias, sine  
tres personas. Quo loco satius aperte admitti in rigor-  
e, atque ex proprietate sermonis, id posse concedi.  
Item 5. de Trinitate, cap. 8. ait: Nostri, id est, Latini,  
haec Graeco tractantes eloquio dicere consueuerunt,  
vnam essentiam, & tres iūcūs, quod est Latinæ, vnam  
essentiam, & tres substantias. Hilarius etiam in libro  
de Synodis affirmat, se interfuisse, quidam synodo,  
vbi exp̄s admisimus est in diuinis tres esse sub-  
stantias. Et Anselmus Monologion, capite penulti-  
mo assertit, posse dīcī vnam essentiam, & tres personas,  
sine substantias. Ex de incarnatione Verbi, c. 8. Sicut,  
inquit, nos dicimus vnam substantiam, & tres personas,  
ita illi (Graci solliciti) dicunt vnam essentiam, & tres  
substantias: id ipsum per substantias, quod nos per perso-  
nas significantes, neque nobiscum aliquatenus in fide dis-  
crepant. Haec Anselmus. D. Thomas quoque hoc  
loco in responsione ad secundum concedit, nomen  
substantias accipi etiam pro hypostasi, atque suppo-  
sito apud Latinos. Idem affirmat quæst. sequenti  
articulo primo ad primum.

Vt dubio proposito satisfiat, sciendum est, voca-  
bulum,